

to, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis quibusvis personis, etiam quacumque Ecclesiastica, vel mundana dignitate fulgentibus, & alias quomodolibet qualificatis, ac specialem expressionem requiruntibus sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis Clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, & quanticumque vicibus, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, iisdem praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum harum serie specialiter, & expresse motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus derogamus, ac plenissime derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die IX. Julii MDCCXII. Pontificatus nostri anno Duodecimo.

CLXXIV.

Confirmatur Decretum Card. Protectoris de servanda aequalitate Coenobiorum, & Officiorum inter duas Custodias Provinciae Turonensis Fratrum Capuccinorum.

Inn. XI Const. ed: 1679, Feb: 10, P. 3 unita fuerunt nonnulla Canobia Custodiae Campaniae. Huius Pontificatus Const. ed: 1721, Jan: 11, P. 11 Provincia Insulem dividitur in duas Custodias, Et Benedict. XIII Const. ed: 1719, Feb: 21, P. 5 statuitur alternativa in Provincia Brixiana.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Timotheus de la Fleche Frater expressae professus Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum, quod ad tollendas dissensiones inter dilectos filios Fratres Provinciae Turonensis dicti Ordinis exortas Venerabilis Fratris nostri Nicolaus Episcopus Portuensis, S.R.E.

Card. Acciajulus nuncupatus ejusdem Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector vigore facultatis sibi per rescriptum nostrum die 14. Junii 1709. attributa Decretum edidit tenoris, qui sequitur: Nos Nicolaus Divina misericordiae Episcopus Portuensis S.R.E. Card. Acciajulus apud S. Sedem Ordinis Fratrum Sancti Francisci Capuccinorum Protector.

§. 1. Cum per Provinciales, & Custodes Provinciae Turonensis Ordinis Capuccinorum in Capitulo Generali existentes SS. D. Nostro Clementi XI. fuerit expositum, quod ad pacem, tranquillitatemque communem totius dictae Provinciae plurimum conferre possit conservandam, si ipsa Provincia, quae ex duabus est composita Custodiis, nempe Aurelianensi, & Pictaviensi assignato utrique Custodiae aequali Conventuum, ac etiam pari Superiorum, & Guardianorum, numero, duo Diffinitores ex una, & duo ex altera; Minister vero Provincialis alternatim modo ex una, modo ex altera Custodia eligeretur, qui totam Provinciam gubernaret, & ipsi Patres Turonenses in Capitulo eorum Provinciali celebrato die 18. Maji anni 1708. in Conventu Rupellensi hoc negotio per vota secreta Capitularium prius examinato sortiti fuerint ejusdem Capituli approbationem, & ratificationem, imo ad aliqualem praxim reducerent, cumque Sanctissimus praedictum negotium examinandum mandaverit Diffinitorio Generali in Capitulo Generali congregato, quod, re discussa censuit (si ita Sanctitati Suae placuerit ad pacem, tranquillitatemque intentam posse valide conferre) quibus omnibus per Procuratorem Ordinis eidem Sanctissimo representatis, placuit Sanctitati Suae sub die 14. Junii Nobis super tale negotium, preces expositas remittere, ut id statueremus pro nostro arbitrio, & prudentia, quod magis in Domino expedire censeremus. Idcirco Nos virtute facultatis, & auctoritatis a Sanctitate Suae Nobis in hac parte specialiter attributae dicimus, & declaramus, primo non licuisse Capitularibus in Conventu Rupellensi congregatis ad praxim reducere propositam in tali Capitulo tam Conventuum, quam Superiorum Guardianorum, designationem duorum Diffinitorum ex una, & duorum ex altera, & Ministri Provincialis modo ex una, modo ex altera Custodia restrictam electionem, & alia huiusmodi, quae etsi bona fide (ut credere juvat) potuerunt irrepsisse, ne tamen ex infecta radice unquam possint in suspensionem infectionis venire, & dici ceterae electiones, & provisiones in dicto Capitulo factae. Nos eadem auctoritate supra nobis attributa, quatenus opus sit omnia sanamus, & sanata declaramus, abolito tamen prius omni Decreto quomodolibet per Patres Turonenses edito libertati electionum Canonicarum contrario, & eadem auctoritate, qua supra concedimus praefatae Provinciae Turonensis, ut in Capitulis Provincialibus in posterum celebrandis propositam tam Conventuum, quam Guardianorum designationem duorum Diffinitorum ex una, & duorum Ex Diffinitorum ex altera, necnon Ministri Provincialis alternatim modo ex una, & modo ex altera Custodia electionem ad praxim reducere tanquam paci, & tranquillitati communis totius Provinciae plurimum profuturam possint, & valeant, ita dicimus, declaramus, decernimus hoc, & omni &c. Datum Romae in nostro

Decretum praed. quo statuta sunt inter ambas Custodias aequalitas jam antea in Capitulo Provinciali 1708. ac Generali ad tollendas dissensiones approbata, & executioni mandata.

Preces Patris Timothei de Fleche.

Confirmatio alicuius Decreti

Clausula.

C L X X V.

Revocatur Constitutio dismembrationis Conventus S. Luciae, & Hospitii de Portici in Provincia S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano Fratrum Minorum Discalceat.

Constitutio praed. ed: fuit 1702, Sep: 15, P. 2, Const. ed: 1705, Apr: 24, P. 5, confirmata fuit divisio Provinciae S. Antonii Regni Portugalliae FF. Reform: Et Inn. XIII Const. ed: 1722, Jun: 22, P. 2, extat commissio Nuncio Neapolis super praesenti dismembratione.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Circumspecta Romani Pontificis providentia exigit, ut quae alias pro reducenda inter Religiosos Viros pace, & tranquillitate provide, prudenterque constituta, & ordinata fuerunt, si mutatis rerum, temporumque circumstantiis regulari disciplinae, & observantiae detrimentum adferre noscantur, in pristinum, ac debitum statum restituantur, sicut conspiciuntur in Domino salubriter expedire.

§. 1. Alias siquidem per Nos accepto, quod inter Dilectos Filios Fratres Neapolitanos, & Hispanos Provinciae Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolitano Fratrum Discalceatorum, Hispaniae Ordinis Minorum, Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum plures controversae exorta reperiebantur, fierique nequibat, ut dicti Fratres habitatione, & rerum communione conjuncti, animis, & contrariis studiis non diffiderent, ac proinde expediebat eos ab invicem segregari: Nos motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, Conventum Sanctae Luciae de Monte nuncupat. Civitatis Neapolitanae, & Hospitium dicti S. Petri de Alcantara loci de Portici dictae Provinciae Neapolitanae Dioec. ab eadem Provincia perpetuo separavimus, & dismembravimus, illaque sic separata, & dismembrata Provinciae ejusdem S. Petri de Alcantara Regni Castellae Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis itidem perpetuo univimus, anneximus, & incorporavimus. Volentes, & ordinantes, ut in illis Religiosi Hispani, qui deinceps Ministro Provinciali secundodictae Provinciae pro tempore existenti subiecti essent, habitarent, & collocarentur, alii vero primodictae Provinciae Conventus, qui octo tunc numerabantur, Religiosis Neapolitanis, & Italis tantum remanerent, ac eadem primodictae Provinciae octo Conventibus huiusmodi constans in futurum Ministro Generali, seu Commissario Generali Italiae Ordinis praedicti pro tempore pariter existenti, subjaceret, & alias prout in nostris desuper in simili forma Brevis die xv. Septembris MDCCII. expeditis literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, & de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut pariter accepimus, ob praesentes bellorum motus, interdictaque inter Castellae, & Neapolis Regna commercium, & communicationem Conventus S. Luciae de Monte, & Hospitium S. Petri de Alcantara praedicta, ac Religiosi in eis degentes a tempore eo-

Dat. 23. Sept. 1712. An. 12.

Epistome laudate Constitutioni, qua praed. Canobia nunc fuit Provinciae S. Petri Castellae.

Causae praesentis revocationis.

rum separationis, & dismembrationis, ac unio- nis, & incorporationis hujusmodi a Ministris Provincialibus secundodictae Provinciae haecenus minime visitata fuerit, & valde dubitandum sit, quod cessantibus etiam bellis propter magna dictorum Regnorum ab invicem distantiam non raro sine debita visitatione, & correctione, veluti acephala remanere possint cum non modico Ecclesiasticae Disciplinæ, & regularis observantiae detrimento: Hinc est, quod Nos pro commissi Nobis cælitus pastoralis officii cura, ne Regularis in Conventu S. Lucie, & Hospitio S. Petri prædictis disciplina propter præmissa excidat, sed ut semper in suo vigore conservetur, quantum cum Domino possumus providere volentes, de Congregationis nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super hoc negotio a nobis specialiter deputatae consilio, ac etiam motu, scientia, & deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine paribus, literas nostras prædictas tenore præsentium revocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac proinde Conventum S. Lucie de Monte, & Hospitium Sancti Petri de Alcantara prædicta a secundodicta Provincia S. Petri de Alcantara Regni Castellæ, motu, scientia, ac de potestatis plenitudine similibus harum serie perpetuo pariter separamus, & dismembramus, illaque sic separata, & dismembrata primodictæ Provincie ejusdem Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolitano itidem perpetuo reunimus, reannectimus, & reincorporamus, illaque in pristinum, ac eum, in quo, antequam prædictæ nostræ literæ emanarent, quovis modo erant, statum restituumus, reponimus, & plenarie reintegramus, ac tam illa, quam omnes alios Conventus ejusdem primodictæ Provincie S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano unico Ministro Provinciali, qui dilecto etiam filio Commissario Generali Familiae Cisfontanæ dicti Ordinis subiectus sit, subijcimus.

Revocatio re- late Con- fusionis motu proprio facta.

Clausula.

§.3. Decernentes ipsas præsentis literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quilibet in præmissis Jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam specifica, & individua mentione, & expressione digni illis non conferentur, nec ad ea vocati, citati, auditi, neque causæ, propter quas præsentis emanarint, adductæ, aut verificatæ, & justificatæ fuerint, aut quavis alia etiam quantumlibet juridica, pia, & privilegiata causâ, colore, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis formali, & substantiali, individuaque expressione requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu etiam impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in Iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plena-

rios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime fuisse observari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non præfatorum Ordinis, Provinciarum, Conventuum, & Hospitii, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus: privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis etiam dicto Ordini, ejusque Superioribus, & quibusvis aliis personis, & locis sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxii. Septembris MDCCXII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

CLXXVI.

Declaratur nullum Edictum Reipublicæ Januensis de inefficacia Scedularum Excommunicationis late in P. Granellum Min. de Observ. cum Decreto firmitatis earundem.

Dat. 3. Dec. 1712. An. 12.

Constit. ed. 1712, Jun. 18, P. 12, declarata fuit nulla restitutio Officialium Liparen. communi Ecclesiastica. Et Constit. ed. 1713, Dec. 23, P. 14, nulla declarantur gesta per Monarchiam Siciliæ contra excommunicationem & interdictum latum ab Episc. Agrigentino.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

CUM, sicut ad Apostolatus Nostri notitiam non sine gravi animi Nostri molestia pervenit,

Excommuni- catio declarata fuit a Car-

diñali Archie- pife. Janu- contra d. Pa- trem præce- pro Pontificio non parente.

venit, alias postquam Dilectus Filius noster Laurentius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Filicus nuncupatus, Metropolitanæ Ecclesiæ Januensis ex concessione, & dispensatione Apostolica Præsul, in executionem mandatorum nostrorum publicas schedulas in sui, ac Cleri dictæ Metropolitanæ Ecclesiæ, nec non frequentis Populi præsentia, ad valvas ejusdem Metropolitanæ Ecclesiæ solemniter affigi fecerat, per quas Thomas Granellus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Professor, eo quia præcepto nostro, quo illi dudum sub pœna excommunicationis majoris ipso facto incurrenda injunctum fuerat, ut a Civitate Januensis discederet, & ad Conventum Sancti Annunciationis Civitatis Bononiensis dicti Ordinis se conferret, elapso termino sibi ad id præfixo non paruerat, excommunicatus declarabatur: Laicalis Potestas cum maximo Immunitatis, libertatis, & jurisdictionis Ecclesiasticæ contemptu, Edictum quoddam promulgare ausa fuerit, per quod præsentem inefficaciam dictarum Scedularum, tanquam a Notariis publicis, seu per Cancellarias Notariorum publicorum, minime subscriptarum, quæque propterea nullius roboris esse, & minime attendi debere temere assertebantur, ad publicam notitiam deducere præsumpsit, & alias, prout uberius continetur in præfato Edicto in eadem Civitate Januensis nomine Dilectorum Filiorum Nobilium Viro-rum Ducis, & Gubernatorum Reipublicæ Januensis, publicato, tenoris qui sequitur videlicet: *Duce e Governatori della Serenissima Repubblica di Genova. Essendo pervenuto a nostra notizia, che il Signor Cardinale Lorenzo Fresco Sabbato mattina prossima passato 29. del corrente mese d' Ottobre abbia attaccato, o ha fatto attaccare alla Porta della Chiesa Cattedrale di questa Città una Scrittura data in Genova l' istesso giorno 29. Ottobre non sottoscritta da Notari publici, o Cancellarie di Notari publici, nella quale si dichiara scomunicato il Padre Granelli dell' Ordine de' Minori Osservanti di S. Francesco: Ma perche crediamo col fondamento delle Leggi costomuni, che municipali, e dell' inveterata consuetudine del Paese, che tale informe Scrittura non porri effetto alcuno, benchè minimo, tanto rispetto al contenuto in esso, quanto rispetto all' enunciativo, intenzioni, e relazioni, nè possa esserne tenuto a conto, perche deduciamo a notizia publica l' inefficacia, come sopra di tale Scrittura in ogni sua parte; Se ne fa perche la presente grida da publicarsi, & affiggersi ne' luoghi soliti, e consueti, accio pervenga a notizia d' ogni uno. Data nel nostro Real Palazzo li 31. Ottobre 1712. nella Cancelleria del Magnifico Vincenzo Ventura Cancelliere, e Segretario.* Hinc est, quod Nos pro commissi Nobis cælitus Pastoralis Officii munere Ecclesiastica Jura, quorum Assertores in Terris a Domino constituti sumus, a temerariis, & scandalosis hujusmodi ausibus illata, sartaque, & testa tueri, & conservare; ac animarum periculis occurrere cupientes, nec non omnium, quæ ejusdem Edicti, quod non quidem approbandi, sed penitus, & omnino reprobandi animo præsentibus inferendum duximus, seu in eo contentorum occasione quovis modo acta, & gesta sunt, & seriem, causas, & circumstantias, etiam aggravantes, aliave quæcumque etiam specificam, & individua mentionem, & expressione requirentia, in eadem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, &

Edictum Reipublicæ.

Causæ præsentis declarationis.

exacte specificatis habentes, Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Edictum præsentium, & quæcumque in eo contenta, cum omnibus, & singulis inde secutis, & forsan quodcumque secuturis, penitus, & omnino nulla, inania, invalida, irrita, temerarie attentata, & a personis, quibus nulla Censuras Ecclesiasticas, sive declarationes super earum incursum a potestate Ecclesiastica promulgatas inefficaces decernendi facultas competit, aut competere potest, de facto præsumpta, nulliusque omnino roboris, & momenti esse, & perpetuo fore tenore præsentium declaramus: Et nihilominus ad majorem cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, harum serie itidem perpetuo revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, & pro revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis semper haberi volumus, & mandamus. Præterea Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus declarationem super excommunicatione a prædicto Thoma incursum, sicut præmittitur, editam, nec non schedulas desuper a memorato Laurentio Cardinale, & Præule, & a Cancellario ad id ab eo deputato subscriptas, & publicatas rite, recte, & valide promulgatas fuisse, ac uti tales ab omnibus, & singulis censeri, & reputari debere, nec uti valide, & authentice habeantur, publici Notarii Laicalis subscriptione, uti erronee, ac temere in præferto Edicto innuitur, indigere: Ac proinde dictum Thomam, tanquam vigore earundem Scedularum, rite, legitime, & valide denunciatum excommunicatum ab omnibus, & singulis Christianidelibus habendum esse, ac uti talem sub censuratum, & pœnarum Ecclesiasticarum a Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis contra eos, qui cum Excommunicationis commercium, vel consortium habent, infictarum, & insuper quoad Regulares etiam perpetuæ privationis vocis active, & passive, ac munerum, & Officiorum Regularium per eos obtentorum, perpetuæque pariter inhabilitatis ad illa, & alia similia, vel dissimilia quæcumque in posterum quomodolibet obtinenda, ipso jure absque alia declaratione incurrendis pœnis vitari omnino debere, earundem tenore præsentium decernimus, & similiter declaramus.

Declaratio nullitatis re- latorum, & eorum ejusdem revocationis.

Declaratio de firmitate Scedularum, & excommunicationis.

Clausula.

§.1. Decernentes etiam easdem præsentis literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod Dux, & Gubernatores, ac Thomas præfati, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præminentie, & dignitatis existant, illis non conferentur, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas eadem præsentis emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia qualibet quantumvis juridica, & privilegiata causâ, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili defectu, aut ex alio

Tt

quo-

quovis capite a jure, vel facto, aut statuto, consuetudine, vel privilegio resultante notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, & facti, vel gratia remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse: sed ipsas presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari: sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliove quoslibet quacumque præminencia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere: ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Non obstantibus præmissis, ac Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, & quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quaesito non tollendo, legibus quoque etiam Imperialibus, & municipalibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac præscriptionibus quantumcumque longissimis, & immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis præfatis, & aliis quibusvis personis etiam quacumque dignitate fulgentibus, & quomodolibet qualificatis a Sede prædicta ex quacumque causa etiam per viam contractus, & remunerationis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantumcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, specificis, expressis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.3. Cum autem eadem presentes literæ in prædicta Civitate Januensi, aliisque locis ad iurisdictionem Reipublicæ subiectis nequeant tute publicari, ut hactenus experientia compertum est, & nobis notorie constat, prout harum serie declaramus: Volumus illas, seu earum exempla ad alias Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque generalis in Monte Citorio, & in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari, sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde artare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimata fuissent; Utque ipsarum literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

ejusdem Reipublicæ subiectis nequeant tute publicari, ut hactenus experientia compertum est, & nobis notorie constat, prout harum serie declaramus: Volumus illas, seu earum exempla ad alias Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque generalis in Monte Citorio, & in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari, sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde artare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimata fuissent; Utque ipsarum literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die III. Decembris MDCCXII. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

CLXXVII.

Conceduntur Privilegia Capellanis Communibus Sanctitatis Sux. Dat. 7. Dec. 1712. An. 13.

Similia Privilegia concessa fuere ab Inn. XII Const. ed: 1693, Dec. 14, P. 3. Et conceduntur ab Inn. XIII Const. ed: 1721, Jun. 17, P. 1.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

G Rata familiaritatis obsequia, quæ dilecti filii Joannes Alexander de Marinis Pisaren. Dicecesis, Carolus Mariani Romanus, & Augustinus Colangeli Spoletan. Dicecesis Presbyteri moderni Capellæ nostræ Pontificiæ Capellani familiares nostri nobis, & Apostolicæ Sedi hæcenus impenderunt, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt; necnon vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus eorum personas, tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus Nos inducunt, ut illis reddamur ad gratiam liberales.

Hinc est, quod nos volentes (Reliqua vide Inn. XI Const. ed: 1680, Aug. 2, P. 1.)

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die VII. Decemb. MDCCXII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CLXXVIII.

Conceditur Indulgentia plen: perp: pro Ecclesiis Fratrum Prædicatorum in festo S. Pii V. Dat. 3. Jan. 1713. An. 13.

In Bulla Canonizationis ed: 1712, M. J. 22, P. 12 extat alia Indulgentia. Et Bened. XIII Constitut. ed: 1725, Apr: 24, P. 1.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

R Edemptoris, & Domini nostri Jesu Christi, qui gloriosos saluberrimorum, quæ nobis reli-

Ad futuram rei memoriam.

E Xponi nobis nuper fecit dilectus Filius Antoninus Cloche Magister Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum quod cum in Sinarum Regnis inviolabilis mos vigeat, quod Ecclesiæ Christianæ, tam respectu sitas, quam Mulierum, inter eas, & Viros distinguantur, itaut nec Viri ad earundem Mulierum Ecclesias, nec prædictæ Mulieres ad illas Virorum accedere valeant, ipse Antoninus Magister Generalis, ne Mulieres hujusmodi a participatione Indulgentiarum Sanctissimi Rosarii, cujus Confraternitates in Ecclesiis Virorum erigi, illarumque erectio a Constitutionibus Apostolicis in una dumtaxat Ecclesiæ cujuslibet Civitatis permitti solent, excludantur, easdem Indulgentias etiam ad Ecclesias prædictarum Mulierum, quarum non minor est erga idem Sanctissimum Rosarium devotio, per Nos extendi plurimum desiderat; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

§.1. Nos igitur ipsum Antoninum Magistrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Eccles. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum consilio, eidem Antonino Magistro Generali, ac ei, quem ipse in illis Regionibus delegaverit, facultatem erigendi in eodem loco unam pro Viris, & alteram pro Mulieribus Confraternitatem Sanctissimi Rosarii, cum declaratione, quod tam Viri, quam Mulieres eisdem Sanctissimi Rosarii Indulgentiis in eorum respective Ecclesiis frui possint, & valeant, auctoritate Apostolica, tenore presentium, concedimus, & indulgemus: salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§.2. Decernentes easdem presentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter

reliquit, exemplorum festatores altis decoravit honoribus, & Celestis beatitudinis consortes effecit, vices, licet immeriti, gerentes in terris, Spiritualium munerum Thesauros, quorum Nobis credita est dispensatio, libenter erogamus, sicut ad excitandam, & fovendam erga eosdem Beatos Cæli incolas Fidelium devotionem, salubriter expedire in Domino arbitramur.

Causæ Concessionis.

§.1. Cum itaque nos nuper ad honorem Sanctissime, & individue Trinitatis, ad exaltationem Catholicæ Fidei, & Christianæ Religionis incrementum, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Alma Urbe nostra tunc existentium consilio, Beatum Pium PP. V. Prædecessorem nostrum, qui in minoribus constitutus, religiosam vitam in Ordine Fratrum Prædicatorum professus fuit, auctoritate nobis a Domino tradita, Sanctum esse decreverimus, & definiverimus, illumque Sanctorum Catalogo solemniter ritu adscripsimus; Hinc est quod nos ad augendam Fidelium Religionem, & Animarum salutem, celestibus Ecclesiæ Theauris pia charitate intenti, ac de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis, vere poenitentibus, & confessis, ac sacra Communione receptis, qui aliquam ex Ecclesiis quoruncumque Conventuum, Monasteriorum, & Domorum Regularium tam Fratrum, quam Monialium Ordinis prædicti hæcenus erectis, & in posterum quomodocumque erigendis, & ubicumque Locorum existentibus, die 5. Maji festo ejusdem Sancti Pii a primis Vesperis usque ad occasum Solis Festi hujusmodi annis singulis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Concessio d. Indulgentiæ die 5. Maji.

Clausula.

§.2. Volumus autem, ut ipsarum presentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XIII. Januarii MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CLXXIX.

Dat. 25. Febr. 1713. An. 13.

Conceditur Magistro Gen. Ordinis Prædicatorum facultas erigendi in Sinis in eodem loco alteram Confraternitatem SS. Rosarii pro Mulieribus cum solitis Indulgentiis.

Inn. XI Const. ed: 1679, Jun: 15, P. 3 confirmata fuere omnes Confraternitates SS. Rosarii. Et Bened. XIII supprimitur Confraternitas Cappæ SS. Rosarii Ancon: Const. ed: 1726, Jul: 17, P. 3.

Preces Magistri Gen. & causa Concessionis.

Concessio d. facultatis.

Clausula.